

**ANTONINO DI PRAMPERO**

**DISMONTADURIS**

**E**

**MORGENGABIUM**

**DOCUMENTI FRIULANI DAL 1242 al 1384**

Udine : Tipografia Gio. Batt. Doretti e soci, 1884

## DISMONTADURIS ET MORGENGABIUM

DOCUMENTI FRIULANI DAL 1242 AL 1384

Durante il Medio Evo chiamavansi in Friuli *dismontaduris*, *dissalaturis* o *discensuris* quei doni che il marito faceva alla sposa nel condurla la prima volta in casa propria e precisamente al momento, nel quale Essa, alla testa del corteggio nuziale, discendeva dalla calvalcatura dinanzi alla soglia della casa del marito <sup>(1)</sup>

Ben altra cosa era il *morgengabio* — Secondo l'antico diritto consuetudinario germanico nel dì susseguente alla celebrazione delle nozze il marito, il quale *invenisset mulierem corruptam*, aveva diritto di rimandarla ai suoi; in caso contrario gli assegnava un dono, che

(1) Nel Du Cange trovo il verbo *dismundiare* spiegato « Mundium seu tutelam puellae abdicare et marito permittere » ma dal testo dei friulani documenti non appare che a ciò avesse riferimento la nostra voce, la quale in questo caso avrebbe dovuto suonare *dismundaturis* anzichè *dismontaduris* — A questa voce veniva alcune volte sostituita l'altra di *descensura palafreni*; ed i diritti derivanti da tali doni si consideravano *praeter dotem* come i beni parafernali, lo trascico del qual nome, di evidente origine greca, si trova anche nei codici moderni.

dal tempo in cui veniva fatto, prendeva nome di *donum matutinale* o *morgengabium* — Tale atto, redatto in forma pubblica alla presenza dei parenti ed amici <sup>(1)</sup>, con assistenza di notaio, serviva di solenne riconoscimento della moglie, che non poteva quindi più essere rimandata.

Pare che i friulani, meno diffidenti od almeno più sicuri della fatta scelta, pur volendo alle loro la germanica costumanza innestare, si precludessero cavallerescamente la via al ripudio col dono vespertino, non ommettendo però di fare a tempo e luogo anche il dono mattinale.

Nei pochi documenti che ora si pubblicano vi ha più di un esempio del doppio dono; così dell'uno che dell'altro la moglie diventava padrona assoluta come avvienè anche oggidì di ciò che con moderna voce chiamasi *spillatico*.

Udine 9 dicembre 1884

A. DI PRAMPERO

(1) *Intersunt parentes et propinqui et munera probant* (Tacito. 18).

## DOCUMENTI

1242, 12 Gennaio. Gemona. In presencia Dominorum Ottonis Bregonie de Spinumbergo, Hermanni de Pinzano, Stephani de Castronovo, Wolvelonis et Hainzii consanguinei sui de Regonia, Pertoldi de Somcolle, Wolrici de Tricano et aliorum — D. Walteruspertoldus filius predicti D. Ottonis Bregonie de Spinumbergo, eodem presente et consenciente, dedit nomine *morghengrab* Domine Gisle uxori sue filie D. Henrici q. de Glemona tres mansos proprii sitos in Fusieges quos idem D. Otto bregonia se emisse a Domina Cicera, et quinque homines proprios, videlicet Lutram et filios suos Miziani et filiam ejus Brunettam et Manuscium; et dedit ei nuncium dictum D. Wolricum de Tricano.

Actum Glemone in castro in parva turre.

(GIOVANNI BONO NOT. A. CAPITOLAR DI CIVIDALE PERG. VOL. IV. II.)

1286, 12 giugno. Gemona. Marcus filius q. Johannis Vergengas nomine honoranzis et *desmontaduris* dedit katherine uxori sue unum runzinum nigrum valens III marcas.

Actum in Curia dicti Marcuci ante scalam.

(MARTIN GALLUCIO A. N. U.)

1286, 13 Giugno. Gemona. Marcus filius q. Johannis Verzengas dare promisit nomine *morgengab* katherine uxori sue III marchas den aquil.

Actum ante lectum predictorum jugalium in cubiculo eorum.

(MARTIN GALLUCIO A. N. U.)

1289, 27 Giugno. Gemona. Nicolaus filius Wolrici Selavi nomine *Morgengabiii* per se suosque heredes fecit ac dare promisit Vingudisse uxori sue dimidiam marcam den. Aquileg. monete cum obligacione omnium suorum bonorum.

Actum in domo dicti Nicolay.

(MARTIN GALLUCIO A. N. U.)

1289, 31 Ottobre. Gemona. Venerus filius Paupelli nomine *morgengab* fecit ac dedit uxori sue Menie filie quondam Marzonis de Gout dimidiam marcam aquilegensem.

Actum in domo dicti Veneri.

(MARTIN GALLUCIO A. N. U.)

1290, 9 Gennaio. Tolmezzo. Presentibus D. Jacobo Basadona, Ragnero iuvene de Staulis, Pagero, Zuliano Toderi, Furtunusio carnifice, Furtunusio Insignan de Glemona, Domino Nello Coppi de Florentia residenti Glemone et aliis. Tumecinus notarius de Tu-

mecio, filius Gambi Sanensis commorantis Tumezii, fecit et wadiavit nomine *morgengrabii* et dare extitit et promisit solvere super omnibus bonis suis XL libras veronensium parvorum Augnese uxori sue filie q. Johannis Verzenasii de Glemona, ad faciendam suam quamlibet voluntatem, cuius wadie fidejussor de predictis in solidum extitit, precibus dicti Tumezzini, Jacobus dictus Cobotus Notarius de Tumeccio qui promisit etc.

Actum Tumezii in domo qua dictus Tumeccinus moratur.

(NIBISSIO A. N. U.)

1291, 15 Gennaio. Ludovicus q. D. Girardusii de Maniaco donavit uxori jure *antelecti et mordien-gabii* etc.

(AILINO - SOM - JOPPI)

1292, 16 Gennaio. Gemona. Presentibus Francino filio Vidussii Pugutan, Nicolao fratre suo, Radio preconico de Glemona testibus et aliis.

Magister Benvenutus Zirolegus residens Glemone promisit et fecit Nicolote uxori sue pro *morgengrabo* XXV libras veronensium parvorum super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus etc. ad faciendam suam quamlibet voluntatem etc.

Actum Glemone in domo dicti mariti.

(NIBISSIO A. N. U.)

1292, 27 Gennaio. Presentibus Francino Visici, Bernardo Capisse, Petro Agario, Gutto Senensi, Petro fratre suo et aliis. Miniosius frater Bernardi Capisse de Glemona (dedit) nomine et vice *morgengabii* Ongize uxori sue unam marcham denariorum aquilegensium super bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus presentibus et futuris ad faciendam suam quamlibet voluntatem.

Actum Glemone in domo dicti Miniosii in foro.

(NIBISSIO A. N. U.)

1294, 18 Gennaio. Venzone. Jacobus de Venzone maritus Tarvisane filie Romani Notarii de Glemona nomine *morgengabi* promisit X libras veron. dare ac solvere super bonis suis dicte Tarvisane ad faciendam suam voluntatem.

(BIANCHINO NOT. A. N. U.)

1295, 5 Maggio. Toppo. Tomasius filius q. D. Warnerii de Meduno jure *antelecti et morchengabii* fecit donacionem uxori sue Domine Eliche filie Domini Syuridi de Toppo de septem marchis (super XL de dote) aquilegensis monete. Ita quod de predictis septem marchis omnimodam suam voluntatem facere debeat sicut de sua propria re. Pro quibus observandis et attendendis Domini Rizardus et Brisa de Toppo testes pro rata fidejussores extitere.

(AILINO A. N. U.)

1311, 22 Febbraio. Gemona. Leonardus filius q. Avostani de Artenia fecit Alegranze (de Prampergo) uxori sue L libras ver. parv. nomine morgengabii super omnibus sui bonis ad faciendam suam quamlibet voluntatem — Fidejussores extiterunt D. Bertoldus de Massaria et Latinus q. Jacobi de Artenia.

(PELLEGRINO CIRIOLI A. N. U.)

1320, 11 Marzo. Gemona nella chiesa di S. Maria - Valdrada uxor q. Jacobi Freales de Glemona contendit discretis viris Dominis Blasio, Jacobo, Candido et aliis Presbyteris de Glemona quod sacramenta dare non debeant Jacobo dicto Chucha de Glemona et aliis personis detinentibus jura sua tam de *morgengrabo* quam de vigneis suis etc.

(BINI LXIII - 52 TERGO - PELLEGRINO NOT.)

1323, 3 Marzo. La stessa Valdrada veniens coram discreto Viro Blasio Prebysterio Vicario in Ecclesia S. Marie Plebis de Glemona dicens et protestans: Domine Vobis Henrico, Nicolao, Jacobo et Candido Presbyteris contendo ex parte D. Patriarche, et Domini Plebani hujus ecclesie, quod sacramenta non tribuatis aliqua ratione Jacobo filio q. Urcitoni Agoleani de Glemona et Urcino ejus nepoti qui detinent meam vigneam, que est mea ratione mei *morgengrabii*

*engrabii* et aliarum mearum rationum quas tenent contra debitum rationis.

Actum in coro Ecclesiæ.

(BINI LXIII - 52 TERGO - PELLEGRINO NOT.)

1323, 6 Febbraio. Varmo. D. Odorlicus de Varmo filius D. Nicolai, nomine *dismontiduris* dedit D. Triutte filie D. Adalpretty de Cucania uxori sue, quemdam suum hominem de Masnata qui vocatur Fedricus — Actum in Varmo sub porticu domus D. Nicolai.

(LUPO NOT. A. N. U.)

1324, 9 Gennaio. Gemona. Cum Ottolinus dictus Virt de Glemona uxorem suam Suonimburg conduceret domum; ad introitum domum, nomine *Dismontaduris*, dictus Ottolinus dedit eidem sue uxori unum engistum (1), qui preciatu fuit valere XXV soldos grossorum quos habere debuerat supra bonis Ottolini etc. — Actum Glemoe ante domum ipsius Ottolini.

(STEFANO VALCONIO A. N. U.)

1325, 25 Marzo. Gemona. La stessa Valdrada moglie al defunto Giacomo Freaglio fa nuova istanza

(1) Cavallo intero, dalla voce tedesca Hengst. — Munera non ad delicias muliebres quesita, nec quibus nova nupta comatur; sed boves et frenatum equum et scutum cum framea gladioque. — In haec munera uxor accipitur. — (TACITO, GERMANIA 18).

perchè siano negati i sacramenti a Jacobo Agoleani ed altri *qui occupant et tenent suas rationes et morgengrabium*.

(BINI LXIII - PAG. 61 EX NOTIS JACOBI Q. MAG. PEBERINI)

1328, 13 Aprile. Udine. Presentibus Dno Federico q. D. Costantini de Savorgnano, D. Leonardo q. D. Carstamanni de dicto loco, Parisino Notario, Francisco Notario filio Barbini sellarii, ambobus de Utino testibus et aliis.

Venutus filius D. Odorici Notarii de Utino pro se etc. securavit in manibus Domine Sibillie dicte Sinelde uxori sue filie Hermanni de Remanzacho, Utini commorantis, unum roncenum rubeum stellatum in fronte jure *dessensarum* cum sella et freno apreciaturum L libras ver. parv. Pro quibus dictus D. Federicus testis predictus in solidum extitit fidejussor etc. — Actum Utini ante domum dicti D. Odorlici Notarii super viam cum omni meliori modo etc.

(PRE ANGELO DI FAGAGNA A. N. U.)

1328, 14 Aprile. Udine. Venutus filius dicti D. Odorlici Notarii pro se etc. securavit jure *morgengrap* C libr. parv. ver. in manibus D. Sibillie dicte Sinelde uxori sue — Actum Utini in domo dicti Dni Odorlici.

(PRE ANGELO DI FAGAGNA NOT. A. N. U.)

1329, 7 Aprile. Gemona. Di nuovo la stessa Valdrada uxor q. Jacobi Freales de Glemona ex parte Dei et omnium sanctorum et Domini Pagani Patriarche et Domini Guidonis plebani et cujuslibet rationis contendit discretis viris DD. Blasio, Gabrieli, Nicolao, Jacobo et Henrico Sacerdotibus de Glemona quod dare non debeant Jacobo Agoleano de Glemona sacramenta Ecclesie, nisi satisfecerit sibi vineam suam de *morgengrabbio* et nepotibus dicti Jacobi etc.

Actum in Ecclesia S. Marie.

(BINI LXIII - 53 - PELLEGRINO NOT.)

1331. (Gemona). Nicolaus Pelliparius promisit uxori sue Franciscæ nomine *dismontaduris* viginti solidos denariorum venetorum grossorum. Item jure et nomine *morgengrabii* quindecim solidos denariorum Venetorum grossorum.

(BINI XLVIII - 171 TERGO)

1343. (Gemona) Nicoluttus, filius Petri Basarachi, Margarethe uxori sue filie q. Varantini promisit nomine *descensurarum* eidem et suis heredibus vel cuius suum dare voluerit decem solidos denariorum Venetorum grossorum.

Item dictus Nicoluttus promisit eidem Margarethæ suisque hæredibus, vel cui dederit jus suum pro *mor-*

*gingrapo*, et nomine *morgingrapi* quindecim solidos denariorum Venetorum grossorum.

(BINI XLVIII - 171 - TERGO)

1346. (Gemona). Nicolaus filius Jacobi de la Massaria dedit nomine *dismontaduris* Domine Musse filie Papayti uxori sue XX solidos denariorum Venetorum grossorum, de quibus valeat et possit facere omnimodam suam voluntatem.

Idem dictus Nicolaus dedit eidem uxori suæ I solidos denariorum Venetorum grossorum nomine *morgengrabi*, de quibus denariis valeat omnimodam suam facere voluntatem.

(BINI XLVIII - 172)

1353, 24 Febbraio. Faedis. In Fagedis in Simiterio Ecclesie S. Petri Selavorum — Presentibus Nassiguerra, Leonardo fratibus filiis Dni Rizis, Andriotta de Cucanea q. Jacobi Dni Hemigli, Zilio filio Martini Sartoris, Martino dicto Chuzic testibus et aliis pluribus — Cum Jacobus de Caneola filius Mathie Rubei rationem peteret a Dno Adalpreto de Cucanea q. D. Guarnerii pro uno bove quem dicebat habere debere nomine *morgengabii*... uxori sue que fuit uxor olim Sabbatini de Costalonga masarii dicti D. Adalpretti et hoc supra bonis Mobilibus dicti olim Sabbatini sui masarii, idem D.

Adalpreto coram dicti testibus et me Notario infrascripto obtulit se paratum ad faciendum sibi iusticiam et equitatem de predicto bove, si de jure habere debuerit, salvo quod idem D. Adalpreto petit ab ipso Jacobo securitatem ydoneam tam de dicto bove quem petit, quam de certis aliis bonis mobilibus rectis per ipsum Jacobum, que olim fuerunt sopradicti Sabbatini specialiter de bestiis minutis et grossis.

(GABRIELE DI FAEDIS NOT. A. N. U.)

1362. (Gemona). Jacobus de la Massaria promisit dare Domine Galiane eius uxori filie q. Domini Asquini de Pinzano, nomine et causa *dismontadurorum* L libras solidorum parvorum ad omnem ejus voluntatem, de quibus in vita et in morte possit facere omnimodam suam voluntatem.

Item promisit dictus Jacobus dicte Juliane nomine et causa *morgencap* C libras solidorum parvorum ad omnem ipsius Galiane requisitionem.

(ID. ID.)

1366. Quod repetentes dotes preferrantur repetentibus *morgingabio* et *dismontadure* et *contrapactum*.

Constituimus ed ordinamus quod si catus emergerit quo dotes repertantur *morgingabium* et *dismontadure* per easdem personas vel diversas contra bona et supra bonis mariti vel fidejussorum, quod primo

de et supra bonis predictis fiat solutio dotis et contrapactorum, postea si bona supersiut fiat solutio *dismontadurarum et morgengabii*.

(CODICE STATUTA PATRIE FORIJULII PAG. 49 T. BIB. CIV. UD.  
— CODICE COSTITUZIONI, PAG. 34, A. N. U.)

1373, 14 Settembre. Udine. Actum ante domum Magnifici e Potentis Militis D. Franciscis de Savorgnan. Presentibus Nob. et Potentibus Viris D. Bianchino Comite de Porcilleis, Nicolussio Comite de Prata, Schinella milite de Cucanea, Agolino de Gubertinis de Utino milite, et legum doctore Paulo de Colloredo, Nicolao q. Gabrielis de Cremona Utini habitante, et Diatello de Andriottis de Castro Utini testibus et aliis pluribus vocatis et rogatis. Nobilis Juvenis D. Federicus filius prefati M.<sup>ci</sup> D. Francisci de Savorgnano per se et cum consensu et voluntate expressis ipsius D. Franciscis ibidem presentis, volentis et expresse consentientis dedit et ibidem tradidit Nobili Domine Catharine eius uxori stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus, vel cui hoc jus suum dare voluerit Mathiussium q. Michuli de Villa Pinzani, et Chutam q. Passarini de dicta villa Pinzani, ipsius D. Franciscis servos et homines de masnata jure et nomine *discensurarum* sive *dismontidurarum*, de quibus ipsa Domina possit et valeat

suam omnimodam facere voluntatem tam in vita quam in morte et omni meliore modo et forma etc.

(CARTE SAVORGNANO A. M. U.)

1373, 15 Sett. Udine. Actum in camera superiori habitationis domorum infrascripti D. Federici. Presentibus Magnificis et Potentibus Viris D. Bianchino Comite de Porcilleis, Nicolussio Comite de Prata, Schinella milite de Chucanea, Nicolao de Spagninbergo, Simone milite et Paolo fratribus de Colloredo, Ulvino de Valvasono, Agolino milite et Helia fratribus de Gubertinis de Utino legum doctoribus, et Diatalmo de Andriottis de Utino et aliis pluribus in moltitudine copiosa vocatis et rogatis. Suprascriptus Nob. Juvenis D. Federicus filius prenominati Mag.<sup>ci</sup> D. Franciscis de Savorgnano cum ipsius D. Franciscis patris sui ibidem presentis expressa consensu et voluntate per se etc. promisit et stetit dare et solvere eidem D. Catharine sue uxori stipulanti et recipienti, pro se et nomine *morgingapiorum* quadringentas libras veron, parvorum, quas idem Federicus voluit dictam Dominam eius uxorem habere secundum morem et consuetudinem Patrie Forijulii, de quibus ipsa Dna tam in vita quam in morte suam omnimodam possit facere voluntatem — Pro quibus omnibus attendendis et firmiter observandis precibus



et instantia ipsius D. Federici, prefatus Mag.<sup>cus</sup> D. Franciscus de Savorgnano fidejussorem se constituit et obligavit — Obligantes ad hec tam principalis quam fidejussor omnia eorum bona tam presentia quam futura et omni meliore modo et forma etc.

(CARTE SAVORGNANO A. M. U.)

1380. 15 Gennajo. Glemona. Ante januam domus habitationis infrascripti Vidussii. Vidussius Cerdo q. Dree de Glemona per se suosque heredes promisit et stetit dare atque solvere Uliane eius uxori et filie Stephani Pellegrine Longe soldos grossorum Venetorum quinque nomine et causa donationis suarum *dismontadurarum* sibi ibidem factarum per dictum Vidussium eius maritum ad faciendum de ipsis tam in vita quam in morte suam omnimodam voluntatem absque impedimento et conditione dicti Vidussii eius mariti suorumque heredum vel alterius cuiuscumque persone. Renunciens dictus Vidussius sibi non factarum dictarum *dismontadurarum* omnique iuris auxilio pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis dictus Vidussius obligavit prefate Uliane eius uxori omnia sua bona presentia et futura.

(ENRICO DI TOLMEZZO A. N. U.)

1380. 16 Gennaio. Glemona. Ante cameram cu-

bicularem domus habitationis infrascriptorum jugalium.

Vidussius Calligarius q. Dree de Glemona per se suosque heredes promisit et stetit dare atque solvere Uliane eius uxori filie Stephani Pellegrine la Longe de Glemona soldos grossorum Venetorum decem nomine et causa donationis sui *morgengabii* . . . ibidem facti per dictum Vidussium eius maritum ad faciendum de ipsis tam in vita quam in morte suam omnimodam voluntatem absque impedimento et conditione dicti Vidussii eius mariti suorumque heredum vel alterius cuiuscumque persone. Renunciens dictus Vidussius sibi non factarum dictarum *dismontadurarum* omnique iuris auxilio pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis etc. etc.

(ENRICO DI TOLMEZZO NOT. 58 - 59 A. N. U.)

1384, 14 Agosto. Gemona. Actum Glemone sub platea macellorum ante donum habitationis Thurini presentibus Nobile Viro Dno Odorico q. Nob. Dni Fulcherii de Savorgnano, Thoma q. S. Francischini de la Villa, Johanne q. S. Martini Brugni, Johanne q. S. Jacutii Furtuni omnibus de Glemona et aliis vocatis et rogatis.

Ibique Thurinus q. S. Martini Brugni de Glemona per se suosque dare atque solvere promisit nobili

Dne Subete eius uxori filie q. nobilis Dni Franciscutti de Savorgnano — pro se suisque heredibus stipulanti libras soldorum parvorum trecentas ad omne suum beneplacitum ex causa suarum *descensurarum* sui que *morgengapii* sibi ibidem facti. Renuncians exceptioni non sibi facte de quibus trecentis libris possit et valeat suam omnimodam facere voluntatem tam in vita quam in morte absque impedimento et contradictione ipsius Thurini suorumque heredum vet alterius cujuscumque persone pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et plenius observandis prefatus Thurinus obligavit antedictae Dne Subete eius uxori omnia sua bona presentia et futura etc.

(ENRICO NOT. DI TOLMEZZO A. N. U.)

